Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36531
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Ne per hoc questio hinc fieri ñ debet. adhoc enī facta s̄ omia ut uoluntati
hominis subiaceant. quia dominio humano subiecta s̄. Ds enī illū assūp
sit. Assūptus ad ō est. qui ad grām uocatus ē. Tu quis es qui iudices ali
enū seruū. Suo dnō stat aut cadit. Manifestū est seruū ñ debere conseruī
uoluntate iudicari. cui lex in hac parte tradita est. Nam qua conscientia
edat aut ñ edat. ds iudex est cui seruus ē. Sin autē potens ē enī ds sta
tuere illū. Stare autē est dnō suo. qui neq; si edat reus erit. neq; si ñ edat
culpabilis ē. Nam alius quidē iudicat diem inter diem. hoc ē alicui pla
cet die impōsita edere. Alius aū iudicat omnē diem. Omnē diē iudicat
qui nūquā edit. Vnusquisq; in suo sensu habundet. hoc ē unūquisq; suo
consilio remittat. Qui sapit diem. dnō sapit. Verū est. quia qui abstinet
ō placere se putat. Et qui edit dnō edit. & grās agit ō. grās agit ō
ū fatetur dnī ē creaturā & bona creata. sed dissimulare ab ea ñ con
dēpnare. Nemo enī nr̄m sibi uiuit. & nemo sibi mortur. Sibi uiueret
aliquis si ñ sub lege ageret. aut qui in freno legis gubernat. non sibi uiuit
s; ō qui legē dedit. ut sēdm uoluntatē eius uiuatur. Et q̄ mortur
simili modo mortur. q̄ iudice aut coronabit aut condēpnabit. Siue
enī uiuim̄ dnō uiuim̄. siue morimur dnō morimur. Idem sensus est.
Siue q̄ uiuim̄ dnō uiuim̄. siue morimur dnī sumus. Verū ē omīs nos dnī
ē quasi seruos in conditione & dominio redēptoris. & unūquēq; pmerito
suo tractari. In hoc enī xp̄s & mortuus ē & resurrexit. ut & mortuorū &
uiuorū dominet. Ser. xp̄m dnm facta ē creatura que p peccatū alienata
ē ab auctore. facta captiua. Quā ds pater ne opus eius periret misso filio
suo de celis ad terras. docuit q̄d faciendo mortis impiū effugeret. Propt
q̄d & occidi se passus ē ab inimicis. Qui descendens ad inferos innocens erat
occisus. reū fecit peccatū. ut quos tenebat apud inferos amitteret. Quō
q̄ uiuis ostendit uiā salutis & se obtulit pcis. mortuos ū liberauit de
inferno. tam uiuorū quā mortuorū dominat. Ex pdtis enī iterū refor
mauit sibi illos in seruos. Tu autē q̄d iudicas fratrē tuū in ñ edendo.
Aut tu quare spernis fratrē tuū in edendo. Omīs enī stabim̄ ante tri
bunal dī. Docet ñ oportere iudicare. quia nec continet in lege. preter
eū dm iudicē exspectam̄. Scriptū ē enī. Viuo ego dicit dns. quō mihi
flectet omē genu. & ēfitebitur omīs lingua ō. Hoc scriptū ē in esaya.
quia omīs lingua confitebit ō in fide xp̄i. Nam quia occisus resur
rexit futurus iudex recte ait. uiuo ego dicē dns. & ñ solū uiuo sed &
iudicaturus sū. & inimici fatebunt in me. & genu flectent cognos
centes me dm de ō. Itaq; unūquisq; nr̄m pse rationē reddet ō. Quō